

cederet, factura loco ubi inceperat suæ περι-
γραφήs finem.

Atlantidis circuitus.

VT ab occiduo fine etiam hic procedatur, ibi
nondum alioqui satis ulterius cogniti, latens
faciemus exordium, ubi Australi mari ad 40. gra-
dum Aquilonaris latitudinis protensum est lit-
tus. Rectà enim inde in Euronotū tendēs, & me-
dio in cursu sinum Cortesij siue rubri aut uermi-
culari colore maris uersus Totonteacum fluui-
um accipit, & sic usque ad Panama ciuitatem, ubi
Isthmus minus 20. leucis Hispanicis patens, ab O-
ceano nostrate ad illum separat, cōtinua est. Hinc
littore uarijs sinibus paulisper ad notum & Lybo-
notum protenso, rursus in Euronotum, sed qua-
drante magis ad notum inclinato usq; ad fretum,
Chasdiam ab ipsa separante, & oblongo, ab occa-
su uidelicet in ortum procedente tractu, perue-
nitur. Hinc ad Aquilones reflexo cursu, ab his
54. gradibus Australibus usq; ad 8. eiusdem poli
gradus rectà ferè procedit. Post promontorium
uerò illud quod Chamesiæ proximum est, con-
uerso ad Cauros siue ad Magistralem uentum la-
tere, rectà usque ad Nombre de Dios urbem in
nostro littore ad summas Isthmi angustias eregio-
nè Panamæ sitam conducta est, sensim ad Aquil-
lones polarem ue regionem uergit, quoad iuxta
Lucatanę Isthmum attingat. Oriente uerò repe-
tito pro peninsulę Lucatanæ ambitu, ita ab hac ex-
trema usque ad oppositam sibi eregionè linguam
potius quam peninsulam, ut adhuc creditur, re-

b 3 gionis